

335

**P**elli meę consumptis carnibus adhe-  
sit os meum & derelicta sunt tan-  
tummodo labia circa dentes me-  
os. Misere mihi mei. misere mihi  
mei saltem uos amici mei. quia  
manus dñi tetigit me. Quare per-  
sequemini me sicut dñs. & carnibus  
meis saturamini. Quis mihi tribu-  
at. ut scribantur sermones mei.  
Quis mihi dā. ut exarentur in li-  
bro filo ferreo. & plumbi lammi-  
na. uel certe sculpantur in silice.  
Scio enim. quod redemptor me  
us uiuit. & in nouissimo die de  
terra surrecturus sim. & rursus cir-  
cumdabor pelle mea. & in carne